

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

5. Senio priuari, multis compendium potiùs, quàm dispendium esse.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

312 Cap. XLVI. Immatura aliquos innocentes, sed justa morte obire.

hominem, inter libros mortuum esse repertum: qui cum inuenierunt, attoniti diu & velut in stuporem dati spectatores steterrunt; sed tandem magno solatio perfusi sunt, cum mortui digitum deprehenderunt in hanc ipsam sententiam (*Iustus, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit*) intentum. Quare etiam cum infantes in cunctis moriuntur, qui per se peccare nondum poterant, laudandus est Deus: rapuit enim in gratia existentes. Non est eorum mors coram Deo immatura; solum vulgus imperium ita judicat, quia mors cito aduenit, quam ætas aut optima valetudo exigere, aut parentes timere videbantur. Hoc ar-

Sapi. 4. 7.

Fulgent. ep. 2.
cap. 4.
Paulin. epist.
35.

Psalm. 54. 24.

V.

gumento & Scripturæ loco solatur Fulgentius Gallam de morte junioris mariti; & Paulinus Pamachium super cito vxoris morte. Numquam pij decadunt tempore non suo; numquam impij suo.

Quando impijs mors veniret non immatura? si Nektoris annos viuerent, si Mathusalem ætate superarent, si macrobij & longæni, super omnes essent, tamen dicerentur dies suos non dimidiare, semper enim diutius vellent vitam producere, semper ergo illis mors est immatura. Si quæras, quomodo justus morte præoccupatus sit in refrigerio, quia sæpe talis in Purgatorium prius mittitur, quam in cælum. Respondeo, etiam in Purgatorio esse refrigerium, propter certitudinem de salute, propter suffragia viuorum, propter consolationem Angelorum. Et sanè præstat ibi ignibus teneri, quam hic in charitate refrigescere, aut de ea perdenda periclitari.

At priuantur honore senectutis, qui in flore ætatis è me- dio tolluntur? Et dici ad ealem potest, quod David usurpauit:

2. Reg. 15. 20. *Heri venisti, & hodie compelleris egredi?* Primum nemo queritur, Rom. 7. 24. si citò è carcere liberatur: immo, qui sapit, id optat: *Infelix ego homo, ait ille, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Quin & Publij Mimi de bono mortis c. 2. sententia est: *Heu quam multa incurvant pœnitenda vivendo din!* Et Seneca lib. de consolatione c. 28. *In hoc tam procelloso, & in omnes tempestates exposito mari nauigantibus, nullus portus, nisi mortis est.* Ita, si quis, ut idem ait ep. 71. in mortem ante primos annos delatus est, non magis conqueri debet, quam qui citò nauiganit. Deinde, qui senium iuspici honorarique videt, & illo honore priuari citò morientes durum putat,

putat, nosse debet, virtuti honorem tribui, non ætati. Siquidem senes non honorantur, nisi propriæ scientia & virtutis opinio- nem. Si senex est nequitiosus ob experientiam, nequitiā alios longè antecellit, atque ob hoc cootumeliam dignus, Itaque senex venerabilis est, non diurna, neq; annorum numero computata. Cani autem sunt sensus hominis. Senex igitur est, qui multum sa- pit, non qui multum viuit. Et vita brevis, si bona est, præferen- da est vtiq; longæ malæ. Malum quò maius, eò peius. Vita igi- tur hominis mali, quò longior, eò deterior est. Vnde etiam malo prodest citò mori, ne peior fiat; bono, ne malus fiat. Multa in hanc rem scribit Bernardus ad Romanum Romanæ curiæ Sub- diaconum. Qui etiam alibi docet, nullam ætatem D e i gra- tia p ræmaturam, sicut nec seram, nec juxta Apostolum, adole- scientiam esse contemnendam Doctoris; præferendos & bonæ indolis adolescentes in ueteratis dierum malorum, qualem etiam Christus puerulum præculit, cùm talium dixit esse regnum cæ- lorum. Alioqui Isaías ipsos etiam deliros senes, bis pueros vulgo, centum annorum pueros vocauit. At Samuel quām præstans erat puer, quām promptus Dei auditor? Denique, teste Hieronymo, non sunt à vetustate hominum estimanda ingenia, sed à probitate, cru- ditione, morum granitate.

Ostendimus hucusque nullum immaturum mori. Maturus est morti, quisquis vel inferno dignus est, vel cælo. Scriptura indicat clarè, etiam amorem D e i, caussam esse mortis maturioris: Placens DEO factus est dilectus, & viuens inter peccatores, trans- latus est. Rupta fiongitur, in fabulis, à Plutone Proserpina, à Ioue Ganymedes, quia turpiter falsis Diis placuerunt; cur non & verus DEVS ad se raperet, qui illi castè placent? Sic & Enoch placuit Gen. 5. Hebr. DEO, & translatus est in Paradisum. Addit Scriptura & hanc 13. 5. caussam mortis velocioris, ne diutius inter peccatores viuens, ma- lis aliorū exemplis ac suasionibus, varijsq; occasionibus inno- centiam perdat. Paulinus scribit postulasse Dauidem, notum sibi fieri finem suum, & numerum dierum: & quoniam didice- rat, prorogata sibi tempora, ingemuisse: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! quia nimis habitabat cum tabernaculis Cedar, id est, cum tenebris Mundi. Quid prodest viuere in per-

S Bernard.
ep 105. & ep.
41.

1. Tim. 4. 10.
Dan. 13. 52.

Ms 65. 10.
1. Reg. 35.
S. Hieronym.
epist. 114.

VI.

Paulin. ep. 35.
Psal. 38. 5.
Psal. 19. 5.

Ttt niciem